

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCCLXVII.**


**VD18 90529014**

Illustration: Tab. XLVII. Aculeatus marinus Maior [...]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11089**


*Aculeatus marinus Maior.*

Tab. XLVII




*Lupus*

*marinus Schönfeldij*




*Lycostomus Balticus.*

3




*Scorpius Marinus alter.*



*Idem Sipinus*

5




*Spirinchus.*

6


*Siluri uera effigies.*

7



Nere  
N.l.x.

Die  
Ind.  
deut.



Dorsum lateraque cyanea sunt, tre, altera vero a dorso in caudam usque procedens.  
venter ac laterum pars alba, ac praeter duas pinnas, quae circa branchias sunt utrimque, unicam angustam et longam, et aliam parvam, duae aliae vifuntur breves, altera a medio ven-

Squammosus non est, et tamen bono constatalimento. Mare illum ad me misit Australe; etsi quidam referant, in Septentrionali quoque reperiri.

*De Ostracione Gesneri.*

*Nieremb. H. N.II. c. 15.* **O**stracioni affinis est *Catan*, qui juxta branchias, ac juxta caudam unica. Vivit in lacubus aut magnis fluminibus provinciae Panucensis. Salubri constat nutrimento: sed cum parandus est, hic piscis, spoliatur corio. Vivit ex aliorum piscium canum raptu, homines quoque invicem loricae praestare posset. Rostrum est praelongum et acutum, serrati dentes, et quaterno ordine dispositi, ac pinnae crassissimae binae elixus.

## AD LIBRVM V.

*De Phoca.*

*De Laet. Id. Occident. I. 2. c. 6.* **P**hocatum generis est *Wallrus* seu *Mors*, animal amphibium, quod Vorstius apud Delaetium ita describit. Belluam hanc marinam vidi, magnitudine vituli, aut canis Britannici majoris. Phocae non dissimilem: capite rotundo, oculis bivillis, naribus depresso ac patulis, quos modo contrahebat, modo diducebat, aurium loco utrumque foramina; rictu oris rotundo nec ita vasto, superiore parte aut labro mystacem gestabat fetis cartilagineis, crassis ac rigidis constantem. Inferior maxilla trigona erat, lingua crassa brevisque, atque os interius dentibus planis utrumque munitum, pedibus anterioribus posterioribusque latis, atque extrema corporis parte Phocam nostratem plane referebat.

Pedes anteriores antrorum, posteriores retrorum spectabant, cum ingredieretur.

Digiti quinque membrana intersepiente distincti, eaque crassa. Posterioribus digitis unguis imposi-

ti, non prioribus, cauda plane carebat. Polita parte repebat magis, quam incedebat.

Cute crassa, coreacea, pilisque brevibus ac tenuibus obsita vestiebatur, colore cinereo. Grunnitum apri instar edebat, seu crocitabat vox gravi et valida. Repebat per aream extra aquam, quotidie per semihoram aut amplius dolio aqua pleno immittebant, ut se ibi oblectaret. Catulus erat, ut ferebant qui attulerant ex nova Zembla, decem hebdomadarum, dentes seu cornua exerta, ut adultiores, nondum habens, tubercula tamen in superiori labro percipiebantur, unde brevi proditura facile apparebat. Ferum et validum animal calebat ad tactum, valideque per nares spirabat.

Pulmentarium ex avena, miliove comedebat lente et suetu magis quam deglutiendo, herumque gestantem cibum ac offerentem magno nisi ac grunnitu accedebat sequebaturque, nidore ejus allectus.

Ff 2

Lar-